

P I L U L Æ.

PILULÆ AMARO-CATHARTICÆ.

SYN. *Pilulæ Polychrestæ Balsamicæ*
(STAHLII).

- ℞. Gummi-resinæ Thujæ articulatae,
 ————— Hedera-Helicis, ana un-
 cias duas cum dimidia.
 ————— Myrrhæ,
 Extracti aquosi Aloës perfoliatæ, ana un-
 cias duas.
 ————— Menyanthis trifoliatae,
 ————— Artemisia-Absinthii,
 ————— Centaureæ benedictæ, ana drach-
 mas quindecim.
 ————— Fumariæ officinalis,
 ————— Hellebori nigri,
 Radicis Rhei palmati pulv. ana drachmas
 quinque.
 Terebinthinæ Pinus - Laricis unciam
 unam.

Misce, fiant pilulæ granorum quatuor.

NB. Quidam, loco Terebinthinæ, addunt :

Resinæ Pistacia-Lentisci,

Balsami Styracis Benzoin, ana unciam semis.

Usus : Dyspepsia; morbi viscerum pituitosi, atonici; physconia abdominalis, præmissis præmittendis.

Dosis : Pilulæ quatuor—quinque, bis die.

PILULÆ ANTHELMINTHICÆ

(SCHMUCKER).

R. Seminum Sabadillæ cum capsulis et involucris,

Mellis, ana unciam semis.

Simul intime mixta divide in pilulas granorum quinque.

Interdum adduntur :

Olei volatilis seminis Anethum-Fœniculi guttæ viginti.

Dosis adultis : Pilulæ sex mane et vesperi.

Junioribus : Pilula una—duæ; interpolato omni octiduo cathartico.

PILULÆ ANTICACHECTICÆ (HAEN).

- ℞. Saponis medicinalis unciam semis.
 Gummi-resinæ Ammon drachmas tres.
 Massæ Pilularum Rufi drachmam semis.
 Tincturæ Myrrhæ quantum satis,
 Ut fiat pilulæ granorum trium.

Usus: Chlorosis; amenorrhœa, aliive morbi
 pituitosi.

Dosis: Pilulæ quatuor, ter de die.

PILULÆ ARSENICATÆ.

- ℞. Oxydi Arsenici albi recenter parati
 grana centum.

Fructus piperis nigri selecti grana 600.

Probe contunde per intervalla successive
 per quadriduum in mortario ferreo; dein
 læviga massam super lapidem marmoreum
 pistillo marmoreo in pulverem impalpa-
 bilem, addendo

Mucilaginis gummi Mimosæ Niloticæ
 diluti grana 900.

Ut fiat massa in pilulas granorum duo-
 rum dividenda.

Usus : Elephantiasis vera ; morbi syphilitici inveterati et rebelles ; morbi ex hydrargyro ; paralysis ; hydropes , aliæve cachexiæ desperatæ ; præmissa pro re nata venæsectione , vel cathartico uno aut altero.

Dosis : Pilula una , mane et vesperi per quindecim aut viginti dies.

NB. Hoc remedium in Thibet et India orientali præcipue celebratum et secreto habitum nuper a Societate Literaria Anglica Calcuttæ Instituta publici juris factum fuit (Vide *Asiatick Researches*).

PILULÆ BALSAMICÆ (MORTONI).

℞. Oniscus-Aselli pulv. drachmas tres.

Gummi - resinæ Ammon drachmam unam semis.

Acidi Benzoici drachmam unam.

Stigmatum pistilli Croci sativi ,

Balsami Myroxyli Peruiferi , ana grana quindecim.

Olei sulfurati quantum satis ,

Ut fiant pilulæ granorum quinque.

Usus : Pneumonitis pituitosa ; asthma et
phthisis pituitosa ; catarrhus chronicus ;
icterus ; physconia hepatis.

Dosis : Pilulæ quatuor , mane et vesperi.

PILULÆ E CAMBOGIA COMPOSITÆ.

Angl. *Scotch pills* ; ANDERSON'S *pills*.

℞. Gummi-resinæ Cambogia-guttæ drach-
mam unam.

———— Aloës perfoliatæ drach-
mas duas.

Separatim pulverisatis, dein mixtis adde

Olei volatilis Anisi guttas triginta.

Syrupi simplicis quantum satis,

Ut fiant pilulæ granorum quatuor.

Usus : Obstipatio habitualis, rebellis.

Dosis : Pilula una vel altera hora somni,
si alvum semel movere intentio est ;
si sæpius, pilulæ tres—quatuor.

PILULÆ CATHARTICÆ.

℞. Gummi-resinæ Aloës perfoliatæ,

Saponis Jalappini ana unciam unam.
Pulpæ Cucumis-Colocynthis unciam
semis.

Olei volatilis Anisi drachmam unam.
Simul intime tritis adde

Syrupi Rhamni cathartici quantum satis,
Ut fiant pilulæ granorum quinque.

Dosis : Pilula una—sex, pro dosi.

PILULÆ CONII.

℞. Extracti herbæ Conii maculati drachmas
duas.

Pulveris foliorum Conii maculati quan-
tum satis,

Ut fiant pilulæ granorum duorum.

Usus : Scirrhus prostatae, uteri, ovarii
mammæ, etc.

Dosis : Pilula una mane et vesperi; gradatim
ascendendo ad pilulas viginti aut triginta
quotidie, donec nauseam et vertiginem
causent.

PILULÆ CUPRATÆ.

℞. Sulfatis cupri ammoniacalis grana sedecim;

Micæ Panis scrupulos quatuor.

Carbonatis ammoniacæ liquidi quantum satis,

Ut fiat massa, dividenda in pilulas nonaginta sex.

NB. Pilulæ sex continent granum unum salis cuprati.

Usus : Epilepsia ; hæmorrhagiæ rebelles.

Dosis : Pilulæ duæ—tres, semel vel bis die.

PILULÆ DEOBSTRUENTES.

℞. Gummi-resinæ Ammon drachmas sex.

Extracti Aloës,

Oxydi ferri nigri, ana unciam semis.

Olei volatilis Florum Caryophilli aromatici,

— — — Anisi, ana guttas decem.

Alcoholis quantum satis,

Ut fiant pilulæ granorum trium.

Usus : Obstipatio ; physconia abdominalis ; amenorrhœa ; chlorosis ; flatulentia.

Dosis : Pilulæ duæ—quatuor, semel aut bis die.

Vel :

℞. Muriatis hydrargyri,
Oxydi stibii hydrosulfurati lutei,
Sulfatis ferri,
Gummi-resinæ Myrrhæ, ana drachmam
unam.

Syrupi simplicis quantum satis,
Ut fiant pilulæ granorum trium.

U^SU^S : Physconia abdominalis, præcipue
post dialeipyras quartanas.

- D^OS^IS : Pilulæ quatuor, mane et vesperi.

PILULÆ DEOBSTRUENTES (H. SMITH).

℞. Gummi-resinæ ammon,
Saponis medicinalis, ana drachmam unam
semis.

Radicis Scillæ maritimæ,

Pulveris aromatici, ana drachmam semis.

Olei volatilis baccarum Juniperi com-
munis guttas viginti.

Syrupi corticis fructus Citrus-Aurantii
quantum satis,

Ut fiant pilulæ granorum quinque.

Usus : Icterus ; physconia hepatis.

Dosis : Pilulæ quatuor ter die, superbibendo
decocti Rubiæ Tinctorum uncias quatuor.

PILULÆ DEOBSRUENTES (A. RICHTER).

℞. Gummi-resinæ Ammon,
—— ——— Ferula-Assæ foetidæ,
Saponis medicinalis,
Radici Valerianæ officinalis,
Florum Arnicæ montanæ, ana drachmas
duas.

Tartritis potassæ stibiati, in aqua soluti,
grana octodecim.

Misce, fiant pilulæ granorum quatuor.

Dosis : Pilulæ octo—decem, ter quaterve
de die.

PILULÆ DIAPHORETICÆ STIBIATÆ.

SYN. *Pilulæ ad morbos deploratos RIVERII*;
Pilulæ analepticæ D. JAMES.

℞. Phosphatis calcis stibiati,
Gummi-resinæ Guajaci officinalis,
Massæ pilul. Rufi, ana drachmas duas.

Syrupi simplicis quantum satis,

Ut fiant pilulæ granorum quinque.

Usus idem ac pulveris sibiati : Morbi ex transpiratione suppressa ; asthenia systematis arteriosi ; exanthemata suppressa ; languor nervosus.

Dosis : Pilulæ quatuor, omni nocte vel alternis noctibus.

PILULÆ DIGITALIS (WITHERING).

℞. Foliorum Digitalis purpureæ siccatorum,
Gummi-resinæ Ferula-Assæ foetidæ,
ana drachmam unam.

Tincturæ Lanvandulæ compositæ quantum satis,

Ut fiant pilulæ granorum duorum.

Usus : Hydrops.

Dosis : Pilula una — duæ, omni mane, et granum unum opii vesperi.

PILULÆ DIURETICÆ ROBORANTES.

℞. Terebinthinæ coctæ uncias duas.

Radicis Rhei palmati unciam unam.

Syrupi Balsamici quantum satis,
 Ut fiant pilulæ granorum quatuor,

Usus : Leucorrhœa ; morbi viarum urinarum pituitosi ; blennorrhœa.

Dosis : Pilulæ quatuor , bis die.

PILULÆ DULCAMARÆ.

℞. Sulfureti Stibii nigri unciam semis.

Extracti Stipitum Solanum-Dulcamaræ
 unciam unam.

Pulveris Solanum-Dulcamaræ quantum
 satis ,

Ut fiant pilulæ granorum quatuor.

Usus : Arthrodynia rheumatica ; erysipelas
 vagum ; morbi cutis cum pruritu ; morbi
 ex transpiratione impedita aut languente.

Dosis : Pilulæ tres—quatuor , de die.

PILULÆ EMETICÆ.

℞. Radicis Psycotriæ emeticæ,
 Sulfatis cupri ana drachmam unam.

Syrupi simplicis quantum satis ,

Ut fiant pilulæ granorum quinque.

Usus egregius in phthysi pulmonali.

Dosis: Pilulæ duæ—quatuor omni secundo,
tertio, aut quarto die mane per se sine
ullo liquido.

PILULÆ E FERRO LAXANTES.

℞. Gummi-resinæ Ammon drachmam
unam.

———— Aloës perfoliatæ,
Oxydi ferri nigri, ana drachmam semis.
Syrupi simplicis quantum satis,
Ut fiant pilulæ granorum trium.

Usus: Obstipatio; physconia abdominalis.

Dosis: Pilulæ duæ—quatuor, semel vel bis
die pro ratione ætatis et temperamenti.

PILULÆ FETIDÆ.

℞. Gummi-resinæ Ferula-Assæ foetidæ
drachmam unam semis.

Camphoræ drachmam semis.

Contusis adde

Castorei drachmam unam semis.

Olei animalis guttas viginti quatuor.

Tincturæ Assæ foetidæ ammoniacalis
quantum satis,

Ut fiant pilulæ granorum duorum.
 Interdum, loco Camphoræ, additur:
 Acidi Succinici drachma semis.

Usus: Morbi spasmodici; hysteria.

Dosis: Pilulæ decem—duodecim, bis terve
 de die.

PILULÆ GUAJACI.

℞. Saponis Guajacini unciam semis.
 Syrupi simplicis quantum satis,
 Ut fiant pilulæ granorum quatuor.

Usus: Arthrodynia arthritica vel rheuma-
 tica; morbi cutis.

Dosis: Pilulæ duæ—quinque pro dosi.

PILULÆ HELLEBORI.

SYN. *Pilulæ Tonicæ* BACHERI.

℞. Extracti fibrarum radice Hellebori nigri,
 Gummi-resinæ Myrrhæ, ana drachmas
 duas.

Pulveris herbæ Centauræ benedictæ
 quantum satis,

Ut fiant pilulæ granorum trium.

Usus: Hydrops.

Dosis: Pilula una—sex—decem, pro ratione habitus corporis.

PILULÆ HYDRAGOGÆ.

℞. Muriatis hydrargyri,

Saponis Jalappini,

Gummi-resinæ Cambogia-guttæ, ana
drachmas duas.

Syrupi Rhamni cathartici quantum satis,

Ut fiant pilulæ granorum quatuor.

Dosis: Pilulæ tres—sex, omni nocte.

Vel:

℞. Extracti fructus Momordica - Elaterii
grana decem.

—— radice Gentianæ luteæ drachmas tres.

Misce exacte terendo, ut fiant pilulæ granorum quatuor.

Dosis: Pilula una, omni bihorio donec alvus moveri incipiat; idque omni tertio aut quarto die repetendum.

PILULÆ HYDRARGYRI.

℞. Oxydi Hydrargyri nigri drachmam unam.
 Extracti Glycyrrhizæ glabræ (vel Mellis)
 quantum satis,

Ut, simul probe terendo, fiant pilulæ
 granorum quatuor, pulvere Cinnamomi
 aspergendæ.

Interdum, loco oxydi hydrargyri nigri,
 adhibetur :

Acetas, Murias, Phosphas aut Tartris
 hydrargyri; et tunc dosis diminuenda est.

Usus : Syphilis.

Dosis : Pilulæ duæ—quatuor, bis die.

PILULÆ EX HYDRARGYRO CATHARTICÆ.

℞. Muriatis hydrargyri drachmam unam.
 Radicis Convolvulus-Jalappæ drachmas
 duas.

Syrupi simplicis quantum satis,

Ut fiant pilulæ granorum quatuor.

Dosis : Pilulæ sex—octo—decem pro dosi.

PILULÆ EX HYDRARGYRO DIURETICÆ.

℞. Oxydi Hydrargyri nigri drachmam semis.
 Conservæ Scillæ maritimæ grana viginti-
 triginta.

Olei sulfurati guttas tres.

Misce terendo; dein adde

Pulveris Radicis Scillæ maritimæ quan-
 tum satis,

Ut fiant pilulæ granorum quatuor.

Usus: Morbi pulmonum pituitosi; hydrops;
 catarrhus rebellis; phthisis incipiens
 (Sumendo diebus intermediis emulsio-
 nem Gummi-resinæ Ammon cum Opio,
 vel pro re nata decoctum Cinchonæ).

Dosis: Pilulæ tres-quatuor, alternis noctibus.

PILULÆ MENAGOGÆ.

℞. Massæ Pilularum Rufi,

Gummi-resinæ Sagapeni,

————— Bubon-Galbani,

————— Ferula - Assæ foetidæ,

Sulfatis ferri, ana drachmam unam.

Tincturæ Myrrhæ quantum satis,
 Ut fiant pilulæ granorum quatuor.

Usus : Cardialgia ; amenorrhœa atonica ;
 dysmenorrhœa (cum haustu olei amygdalarum omni nocte, per triduum ante tempus menstruationis).

Dosis : Pilulæ quatuor, mane et vesperi.

PILULÆ MENAGOGÆ CATHARTICÆ.

℞. Gummi-resinæ Aloës perfoliatæ,
 Extracti Radicis Hellebori nigri,
 Resinæ Convolvulus-Scammoniae, ana
 drachmam unam.

Olei volatilis Baccharum Juniperi communis guttas viginti.

Syrupi Rhamni cathartici quantum satis,
 Ut fiant pilulæ granorum quatuor.

Dosis : Pilulæ una—duæ hora somni.

PILULÆ AD MORBOS CUTANEOS.

℞. Extracti corticis viridis fructus Juglandis
 regiae immaturi,

Oxydi Stibii hydrosulfurati lutei,

Gummi-resinæ Guajaci officinalis, ana
unciam semis.

Extracti Opii grana triginta.

Tincturæ Guajaci quantum satis,

Ut fiant pilulæ granorum quatuor.

Dosis : Pilulæ tres—quatuor, mane et ves-
peri.

PILULÆ E MURIATE HYDRARGYRI
OXYGENATO.

℞. Aquæ destillatæ drachmas duas.

Muriatis ammoniacæ quantum satis

Ad saturationem ; dein adde

Muriatis hydrargyri oxygenati drachmam
semis.

Micæ panis quantum satis.

Contunde in massam in pilulas sexaginta
dividendam.

Dosis : Pilula una, semel vel bis die.

PILULÆ E MYRRHÆ COMPOSITÆ.

℞. Gummi-resinæ Myrrhæ drachmas duas.

Sulfatis ferri scrupulum unum.

Carbonatis sodæ drachmam unam.

Extracti Gentianæ luteæ drachmam unam
semis.

Syrupi Balsamici quantum satis,

Ut fiant pilulæ granorum quinque.

Usus pro ægris, qui Mixturem Myrrhæ
alcalisatam nauseant.

Dosis : Pilulæ tres — quatuor, ter de die.

PILULÆ PECTORALES.

℞. Gummi-resinæ Ammon drachmam unam
semis.

Extracti Glycyrrhizæ glabræ drachmas
duas.

— Achillea-Millefolii scrupulos
duos.

Misce, fiant pilulæ granorum trium,
Sulfureto hydrargyri rubro aspergendæ.

Usus : Phthisis pulmonalis.

Dosis : Pilulæ quinque, ter de die cum
decocto pectorali.

PILULÆ.

371

PILULÆ PLUMMERI.

SYN. *Pilulæ ex Stibio et Hydrargyro.*

℞. Muriatis Hydrargyri,
Oxydi Stibii hydrosulfurati lutei, ana
drachmas duas.

Extracti Glycyrrhizæ quantum satis,
Ut fiant pilulæ granorum trium.

USUS: Morbi cutis; arthrodynia rheumatica.

DOSIS: Pilula una—duæ, omni vesperi.

PILULÆ PLUMMERI-COMPOSITÆ.

℞. Oxydi Stibii hydrosulfurati lutei,
Muriatis hydrargyri, ana drachmas duas.
Gummi-resinæ Guajaci officinalis, drach-
mas duas.

———— Myrrhæ drachmam unam.

Balsami Toluiferæ balsamicæ quantum
satis,

Ut fiant pilulæ granorum quinque.

DOSIS: Pilulæ tres, bis die.

PILULÆ RUFÆ.

℞. Gummi-resinæ Aloës perfoliatæ unciam
unam.

Gummi-resinæ Myrrhæ ,
Stigmatum pistilli Croci sativi ana un-
ciam semis.

Simul probe tritis adde

Tincturæ Myrrhæ quantum satis ,
Ut fiant pilulæ granorum quinque.
Interdum additur :

Oxydi ferri nigri drachma una.

Usus : Amenorrhœa.

Dosis : Pilulæ duæ-quatuor, omni nocte.

PILULÆ SAPONACEÆ.

℞. Saponis medicinalis drachmas duas.
Radiciis Rhei palmati,
Gummi-resinæ Myrrhæ, ana drachmam
unam.

Misce fiant pilulæ granorum quatuor.

Usus : Morbi ex acido primarum viarum ;
icterus.

Dosis : Pilulæ tres-quatuor, mane et vesperi.

PILULÆ SCILLITICÆ (PH. ED.)

℞. Gummi-resinæ Ammon,
Seminis Amomum-Cardamomi ,

Extracti Glycyrrhizæ glabræ, ana drachmam unam.

Radicis Scillæ maritimæ siccatae scrupulum unum.

Syrupi simplicis quantum satis,

Ut fiant pilulæ granorum quatuor.

Usus : Morbi pulmonum et hepatis pituitosi ; expectoratio difficilis.

Dosis : Pilulæ duæ—tres , bis terve de die.

PILULÆ SEDATIVÆ seu HYPNOTICÆ.

℞. Extracti Opii aquosi drachmam unam.

Divide in pilulas grani unius.

Dosis : Pilula una aut plures , pro re nata.

PILULÆ STOMACHICÆ (H. SMITH).

℞. Gummi-resinæ Aloës perfoliatæ ,

————— Sagapeni ,

Radicis Rhei palmati ,

Pulveris aromatici, ana drachmam unam.

Olei volatilis Menthæ viridis,
 — — — — — Florum Caryophilli aro-
 matici, ana guttas decem.
 Balsami Myroxyli Peruiferi quantum
 satis,

Ut fiant pilulæ granorum quatuor.

Usus : Dyspepsia ; gastrodynia.

Dosis : Pilulæ tres—sex , omni nocte.

PILULÆ E STYRACE.

℞. Balsami concreti Styracis officinalis,
 Stigmatum pistilli Croci sativi,
 Extracti Glycyrrhizæ glabræ, ana unciam
 unam.

Extracti Opii drachmas quinque.

Simul probe tritis adde

Tincturæ Myrrhæ quantum satis,

Ut fiant pilulæ granorum sex.

Usus : Tussis.

Dosis : Pilula una noctu.

NB. Pilula una continet granum unum
 opii.